

nechanus rex Scotorum cum exercitu magno Dunelmum obsidens, fugatus ab obsessis, magnam suorum multitudinem amisit ^{q)}).

1042. Hardecnut moritur, cui frater Eadwardus successit XXIII annis.
1043. Edmundus ^{r)}) episcopus Dunelmensis obiit, cui Eadredus successit X mensibus ^{r)}). Comes ^{s)}) Siward vastavit Northanhymbrorum provinciam. Et defuncto Eadredo Ægelricus successit in episcopatum Dunelmensem ^{s)}).
1045. Magnus rex Norreganorum sibi subegit Danemarciam.
1046. Comes Siward cum magno exercitu venit Scotiam et expulso rege Macbeoð alium constituit; set post eius discessum Macbeoð recuperavit regnum.
1047. Magna ^{t)}) nimis nix per VII continuatim ebdomadas terras ^{u)}) domibus adaequavit; qua omnia replente etiam flumina ^{v)}) gelu constricta maris prohibebant accessum ^{t)}).
1048. Harold ^{w)}) Harvager super Norregas regnat.
1050. Godwinus comes et filii eius propter insolentiam exilio dampnantur.
1054. Siwardus fugato Macbeth posuit Malcolmum regem et sequenti anno moritur Eboraci.
1055. Cui successit in ducatum Tosti.
1056. Heinricus imperator obiit. Heinricus filius eius imperavit. Ægelricus ^{x)}) relicto sponte episcopatu rediit ad monasterium suum Burch, ubi nutritus et monachus est factus; cui frater suus Ægelwinus successit, eiusdem monasterii monachus ^{y)}), XV annis ^{x)}).
1059. Kinsi archiepiscopus et Ægelwinus Dunelmensis et Tosti comes deduxerunt regem Malcolmum ad regem Eadwardum.

^{r)} vor Edmundus ist 7 (= et) radiert; et Edmundus ... X mensibus mit anderer Feder und Tinte geschrieben, ähnlich den Annalen für 1048, 1050, 1056, 1059, die vielleicht später eingefügt wurden und deren Schrift etwas größer ist.

^{s)} comes ... Dunelmensem am unteren Rande.

^{t)} Magna ... accessum am unteren Rande.

^{u)} 7 (= et) hinzugefügt, aber dann radiert.

^{v)} korr. aus flumana.

^{w)} siehe Anm. r.

^{x)} Ægelricus ... annis am unteren Rande.

^{y)} eiusdem monasterii monachus über der Zeile nachgetragen.